Fragmentarium

ſicut didiciſtis ab epaphra cariſſimo conſeruo nr̃o IV
qui eſt fidelis pro uobis miniſter xp̃i ihu. qui etiam ma
nifeſtauit nobis dilectionem ur̃am in ſp̃u; Ideo et nos
ex qua die audiuimus. non ceſſamus pro uobis oran
tes et poſtulantes. ut impleamini agnitione uolunta
tis eius. in omni ſapientia & intellectu ſpiritali.
ut ambuletis digne dõ per omnia placentes. in
omni opere bono fructificantes. et creſcentes in
ſcientia di. in omni uirtute confortati ſecundum
potentiam claritatis eius. in omni patientia &
longanimitate cum gaudio. gratias agentes dõ
patri qui dignos nos fecit in partem ſortis ſcõrum
in lumine. qui eripuit nos de poteſtate tene
brarum et tranſtulit in regnum filii dilectio
nis ſuae; In quo habemus redemptionem re VI
miſſionem peccatorum. qui ē. imago di inuiſibi
lis. primogenitus omnis creaturae. quia in ipſo con
dita ſunt uniuerſa in caelis & in terra. uiſibilia & in
uiſibilia. ſiue throni. ſiue dominationes. ſiue prin
cipatus. ſiue poteſtates; Omnia per ipſum & in ipſo
creata ſunt. & ipſe ē. ante omnes et omnia in ipſo
conſtant. et ipſe ē. caput corporis eccleſiae.
Qui ē. principium primogenitus ex mortuis. ut
ſit in omnibus ipſe primatum tenens. quia in ipſo
conplacuit omnem plenitudinem habitare. &
per eum reconciliare omnia in ipſum. pacificans
per ſanguinem crucis eius. ſiue quae in terris
ſiue quae in caelis ſunt; Et uos cum eſſetis ali
ndo alienati & inimici ſenſu in operib; malis.
c autem reconciliauit in corpore carnis eius
mortẽ. Exhibere uos ſcõs et inmaculatos
ephenſibiles coram ipſo. ſi tamen per
netis in fide fundati et ſtabiles. et inmobi
ſpe euangelii quod audiſtis. quod p̃dicatũ
n uniuerſa creatura quae ſub caelo eſt;
factus ſum ego paulus miniſter. qui nunc
deo in paſſionibus pro uobis. et adim
ea quae deſunt paſſionum xp̃i in carne
p corpore eius quod ē. eccleſia. Cuius
ſum ego miniſter. ſecundum deſpenſatio
di quae data ē. mihi in uobis. ut impleam
bum di myſterium quod abſconditum fuit
culis et generationibus; nunc autẽ manifeſ
m ē. ſcis eius quibus uoluit ds notas facere
as gloriae ſacramenti huius in gentibus.
ē. xp̃s in uobis ſpes gloriae. quem nos
amus. Corripientes omnem hominem
centes omnem hominem in omni ſapientia.
hibeamus omnem hominem p̃fectum in xp̃o
in quo & laboro certando. ſecundum ope
nem eius quam operatur in me in uirtute;

Uolo enim uos ſcire qualem ſollicitudinem habeam II
pro uobis. & pro his qui ſunt laodiciae. & quicumq; non
uiderunt faciem meam in carne. ut conſolentur cor
da ipſorum inſtructi in caritate. & in omnes diui
tias plenitudinis intellectus. In agnitionem myſte
rii di patris xp̃i ihu. in quo ſunt omnes theſau
ri ſapientiae et ſcientiae abſconditi; Hoc autẽ
dico. ut nemo uos decipiat in ſublimitate ſermo
num; Nam et ſi corpore abſens ſum. ſed ſp̃u
uobiſcum ſum. gaudens et uidens ordinem ueſtrum
& firmamentum eius quae in xp̃o eſt fidei ueſtrae;
ſicut. ergo accepiſtis xp̃m ihm dñm nr̃m. in ipſo am
bulate. radicati et ſuperaedificati in ipſo. et
confirmati fidẽ. ſicut & didiciſtis abundantes in illo
in gratiarum actione. Videte ne quis uos decipiat
per philoſophiam et inanem fallaciam. ſecundum
traditionem hominum. ſecundum elementa mundi.
et non ſecundum xp̃m. quia in ipſo inhabitat om
nis plenitudo diuinitatis corporaliter. et eſtis in
illo repleti qui ē. caput omnis principatus et poteſ
tatis. in quo et circumciſi eſtis circumciſione non
manu facta in expoliatione corporis carnis.
in circumciſione xp̃i. conſepulti ei in baptiſmo.
In quo et reſurrexiſtis per fidem operationis di.
qui ſuſcitauit illum a mortuis; Et uos cum mortui
eſſetis in delictis et praeputio carnis ur̃ae.
Conuiuificauit cum illo. donans uobis omnia
delicta. delens quod aduerſus nos erat chirogra
fum decreti quod erat contrarium nobis.
& ipſum tulit de medio affigens illud cruci. exſpo
lians principatus et poteſtates. traduxit confiden
ter. palam triumphans illos in ſemetipſo; Nemo
ergo uos iudicet in cibo aut in potu aut in parte
diei feſti aut neomeniae aut ſabbatorum. quae
ſunt umbra futurorum. corpus autem xp̃i.
Nemo uos ſeducat uolens in humilitate et re
ligione angelorum quae non uidit ambulans.
fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuae. et non
tenens caput. ex quo totum corpus per nexus
& coniunctione ſubminiſtratum et conſtruc
tum creſcit in augmentum di.
Si mortui eſtis cum xp̃o. ab elementis huius mun
di. quid adhuc tamquam uiuentes in mun
do decernitis. Ne tetigeritis neque guſtaueritis
neque contrectaueritis. quae ſunt omnia in inte
ritu ipſo uſu. ſecundum p̃cepta & doctrinas
hominum. quae ſunt rationem quidem habentia
ſapientiae in ſuperſtitione & humilitate. et
ad non parcendum corpori. non in honore
aliquo ad ſaturitatem carnis. Igitur ſi con III
reſurrexiſtis cum xp̃o. quae ſurſum ſ͂ quaerite.

1r oben
1r unten
Cod. 756 59a

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 756.59, 1r – Biblia latina: Vulgata, recensio Alcuini
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ylng/5316/50524)